



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Defensor Redivivvs Seu De Sacrae Consistorialis Aulae Advocatorvm Origine, ac Munere**

**De Rossi, Giuseppe Ortensio  
De Rossi, Giacomo Gregorio**

**Romae, 1657**

42 Aduocati pauperum primus institutor Traianus Imperator.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10678**

nitatis, & exemptionis ab omnibus vectigalibus, & oneribus instar Cardinalis Camerarii, & Clericorum Cameræ, & reliqua indulta Cameralibus concessa.

Aduocati verò Pauperum, quem Rebuffus *super Concordatis tit. de Electionis derogatione V. Aduocatum Regium sub vers.* tum etiam quia, non solum, \* in- 41  
quit, postulando pro pauperibus laborare in Vineâ Domini, sed etiam gerere officium Dei, qui *Iob. cap. 29. se Patrem pauperum appellauit.* Bobadilla *Politicorum lib. 3. cap. 13. num. 17.* testatur primum institutorem \* fuisse, 42  
Traianum summæ pietatis Imperatorem dicendo. *Y el Em-*  
pe-

rador Traiano fue el primero que  
 los settrando, y que assignò un  
 dia en la semana, para que se  
 viesse sus causas, Verùm Gra-  
 uat. ad Vestrium in praxi lib. 2.  
 cap. 7. num. 4. ex Aristotele de  
 Republica Atheniensium illius In-  
 stitutum refert ad Athenienses,  
 qui singulis annis consueuerant  
 forte constituere decem Aduo-  
 catos publicos, qui delatos cri-  
 minis defenderent, cui adhæret  
 Cohellius De Notitia Cardina-  
 latus cap. 44. vers. sic apud A-  
 thenienses, Cumquè egenis pro-  
 spicere, ac operam dare, vt pau-  
 peribus necessaria non desint  
 suæ humanitatis proprium mu-  
 nus existimauerint Valentinia-  
 nus, & Martianus Impp. in l.  
 pri-

privilegia. 12. vers. & quia huma-  
nitatis C. de Sacros. Ecclesiis, \* 43

Patres quoque Concilii Niceni  
primi, celebrati sub D. Silue-  
stro præsente Constantino Ma-  
gno statuerunt, quòd eligatur in  
omni Ciuitate aliquis sæcularis,  
vel Religiosus, qui sit disertus, &  
patiens, quem manifestum sit  
via recta, & orthodoxa incede-  
re, \* vt prouideat ijs, qui in 44  
carcere sunt, siquè inter eos  
reperiat merentem liberari, de-  
beat illum adiuuare, vt libere-  
tur è carcere, & si cui ad libe-  
rationem opus fuerit aliquo  
sponsore, studeat quærere qui  
pro illo spondeat; si verò reus  
gratis criminis non sit dignus  
liberari, debeat saltim illum  
adiu-

adiu-